BX2013



Ecce parturiit injustitiam: concepit dolorem, et péperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum: et incidit in foveam quam fecit.

Convertetur dolor ejus in caput ejus: et in verticem ipsius iniquitates ejus descendet.

Confitebor Dómino secundùm justitiam ejus: et psallam nómini Dòmini Altíssimi.

Requiem æternam.

"Antífona,, Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui salvum faciat.

℣. A porta inferi.

℟. Erue Domine animam ejus.

"Y si el Oficio se hace por muchos,, animas eorum.

Pater noster "totum secreto,,

LEC-



LECTIO 1. Job. 7. c.

PArce mihi Domine, nihil enim sunt dies mei. ¿Quid est homo, quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Visitas eum dilùculo, et subito probas illum. ¿Usquequo non parcis mihi, nec dimittis me, ut glutiam salivam meam? Peccavi: ¿quid faciam tibi, ó custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihimetipsi gravis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce, nunc in pulvere dormiam, et si manè me quæsieris, non subsistam.

℟. Credo quod Redemptor meus vivit, et in novíssimo die de terra surrecturus sum. * Et in carne mea videbo Deum

Sal-

Salvatorem meum. ℣. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et óculi mei conspecturi sunt, et in carne, &c.

## LECTIO 2. Job. 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ: dicam Deo: Noli me condemnare: indica mihi, cur me ita judices? Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves? Nunquid occuli carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, et tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut homana sunt témpora, ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias,

quia

BX2013



quia nihil impium fecerim, cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere.

℣. Qui Lazarum resuscitasti á monumento fœtidum: Tu eis Dómine dona requiem, et locum indulgentiæ. ℣. Qui venturus es judicare vivos et mortuos, et sæculum per ignem. Tu eis, &c.

## LECTIO 3. Job. 10.

MAnus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu, et sic repentè præcipitas me? Memento quæso, quòd sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti? Pelle et carnibus vestisti me: ossibus et nervis compegisti me. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

EN-

# ENTIERRO

## En el último triduo de la Semana santa, y en el Domingo de Resurreccion.

EL Decreto citado por Merati al n. 690. de su Indice del primer Tomo, es de esta suerte: "In secundo triduo „ Majoris Hebdomadæ non possum cele„ brari Exequiæ Defunctorum et Officium, „ et Preces recitentur privatim:" por el qual, como consta de su mismo tenor, no prohibe la Sag. Cong. los entierros en dicho triduo. Prohibe pues solamente la pompa y celebridad de dobles de campanas, canto, Misa de cuerpo presente, &c. conforme á las Rubricas de dicho triduo, y manda





BX2013

que se hagan rezando el Oficio y Preces privadamente: y asi puntualmente se harán, siempre que en dicho triduo fuere necesario hacerlos: llevando las luces necesarias, el acetre con agua bendita, y la Cruz alta, cubierta con su velo, y si se hicieren despues de los Oficios del Viernes, se llevará descubierta.

§. * En el Domingo de Resurreccion, despues de concluidos los Divinos Oficios de aquel dia, no hay ley alguna que prohiba celebrar los entierros en la misma forma que en qualquiera otro dia del año, como se puede ver en el Manual del Padre Lopez sobre este título pág. 367. de la impresion de Puebla. *

BX2013



## ORACIONES.

„Despues de las Visperas de los Difuntos trae el Ritual Romano muchas Oraciones por ellos, y se ponen aqui para que segun fuere menester se acomode.„

*En el dia del Entierro.*

ORATIO.

ABsolve, quæsumus Domine, animam famuli tui (vel famulæ tuæ) ut defunctus (vel defuncta) sæculo tibi vivat: et quæ per fragilitatem carnis humana conversatione commisit, tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amén.

*O la que sigue.*

DEUS



DEUS, cui proprium es misereri semper, et parcere: te supplices exoramus pro ánima famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) quam hodie de hoc sæculo migrare jussisti: ut non tradas eam in manus inimici, neque obliviscaris in finem: sed jubeas eam á sanctis Angelis suscipi, et ad patriam Paradisi perduci: ut quia in te speravit et credidit, non pœnas inferni sustineat, sed gaudia æterna possideat. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amén.

„En el dia tercero, séptimo y trigésimo, despues del entierro del Difunto.„

ORATIO.

QUæsumus Dómine, ut ánimæ famuli tui N. (vel famulæ tuæ N.) cujus

BX2013



jus depositionis die tertium (vel séptimum, vel trigéssimum) commemoramus, Sanctorum, atque electorum tuorum largiri digneris consortium: et rorem misericordiæ tuæ perennem infundas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„ En el Aniversário ó cabo de año. „

ORATIO.

DEUS indulgentiarum Domine, da animæ famuli tui, (vel famulæ tuæ, vel animabus famulorum famularumque tuarum) cujus (vel quorum) anniversarium depositionis diem commemoramus, refrigerii sedem, quietis beatitudinem, et luminis claritatem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

OTRAS



OTRAS DIVERSAS ORACIONES por Difuntos.

*Por Sumo Pontifice difunto.*

ORATIO.

DEUS, qui inter summos Sacerdotes famulum tuum N. ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta quæsumus, ut qui unigeniti Filii tui vices in terris gerebat; sanctorum tuorum Pontificum consortio perpétuo aggregetur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

*Por Obispo difunto.*

ORATIO.

DEUS, qui inter Apostólicos Sacerdotes famulum tuum N. Pontifi-

 ca-

cali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„ Si fueren muchos digase en plural.

„ Si se dixere por Obispo Cardenal „ difunto, digase: " Famulum tuum, N. Episcopum Cardinalem Pontificali fecisti dignitate &c.

„ Si por Cardenal presbítero, digase: " Famulum tuum N. Presbíterum Cardinalem Sacerdotali fecisti, &c.

„ Por Diácono Cardenal se dice la „ Oracion, " Inclina Domine„ que está „ mas abaxo, de este modo: " Ut animam „ famuli tui N. Diaconi Cardinalis, quam „ de hoc sæculo &c.

Por



*Por Sacerdote difunto.*

ORATIO.

DEUS, qui inter Apostólicos Sacerdotes, famulum tuum N. Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus, ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

*O esta otra.*

PRæsta quæsumus Domine, ut anima famuli tui N. Sacerdotis, quem in hoc sæculo commorantem sacris muneribus decorasti, in cœlesti sede gloriosa semper exultet. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.



Por

BX2013

### *Por un diſunto.*

ORATIO.

INclina Domine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, ut animam famuli tui N. quam de hoc sæculo migrare jussisti, in pacis, ac lucis regione constituas, et Sanctorum tuorum jubeas esse consortem. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amén.

### *Por una diſunta.*

ORATIO.

QUæsumus Domine, pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ N. et á contagiis mortalitatis exutam, in æternæ salvationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

Por

BX2013



### *Por hermanos, propinquos, y bienhechores diſuntos.*

ORATIO.

DEUS veniæ largitor, et humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

### *General por todos los Fieles diſuntos.*

ORATIO.

Fidelium Deus omnium conditor et Redemptor, animabus famulorum famu-

mularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amén.

## OTRAS ORACIONES

Tomadas del Misal Romano.

*Por Obispo difunto.*

ORATIO.

DA nobis Domine, ut animam famuli tui N. Episcopi, quem de hujus sæculi eduxisti laborioso certamine, Sanctorum tuorum tribuas esse consortem. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

Por

BX2013



***Por Padre y Madre del Sacerdote.***

ORATIO.

DEUS, qui nos patrem, et matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris ac matris meæ, eorumque peccata dimmitte: meque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„ Si se dixere por solo el Padre ó sola la Madre, digase en singular: " miserere clementer animæ patris mei (vel matris meæ) ejusque peccata dimitte: meque eum (vel eam) in æternæ &c.

***Por los Difuntos enterrados en los cementerios.***

ORATIO.

DEUS, cujus miseratione animæ Fidelium requiescunt: famulis et famu-

labus tuis, et omnibus hic, et ubique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: ut á cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amèn.

*Por muchos Difuntos.*

ORATIO.

DEUS cui proprium est miserere semper et parcere: propitiare animabus famulorum famularumque tuarum, et omnia eorum peccata dimitte: ut mortalitatis vinculis absolutæ, transire mereantur ad vitam. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

*O la que sigue.*

Ani-



ANimabus, quæsumus Domine, famulorum famularumque tuarum misericordiam concede perpetuam: ut eis proficiat in æternum, quod in te speraverunt, et crediderunt. Per Christum Dominum nostrum.

℣. Requiem æternam dona eis Dómine. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescat in pace. ℟. Amén.

§ V.

**Del Oficio que ha de hacerse en las exêquias de los Adultos, no estando presente el cadáver, y en los dias tercero, séptimo, trigésimo, y Aniversario, ó cabo de año.**

SI han de hacerse exêquias por al-
„gun difunto, no estando presen-
„te

„te su cuerpo en el dia conveniente, „digase en la Iglesia el Oficio de Di„funtos con tres nocturnos y Laudes, „doblando las Antífonas: ó por lo me„nos un Nocturno con tres Lecciones, „Laudes y Misa.

„Durante la Misa de estas exêquias, „y despues de ella se hace lo mismo „que en la Misa, y despues de ella en „el dia del entierro folio 368. Cántase „el ℟. "Libera me Dómine, &c„ con „los ℣℣. y ℟℟. como estan en el folio „373, y despues la siguiente:"

OREMUS.

Absolve, quæsumus Dómine, ánimam famuli tui ab omni vínculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitatus respiret. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amén.

„O



„O digase la Oracion que está en „la Misa, ú otra conveniente."

"Y bendiciendo el Túmulo con la „diestra, dice:" ℣. Requiem æternam dona ei Dómine. ℟. Et lux perpetua luceat ei.

„Si fuere Aniversario de un difunto, „añada: „Anima ejus, et Animæ omnium Fidelium Defunctorum, per misericordiam Dei, requiescat in pace. ℟. Amén.

"Si nó, solo dice: „ ℣. Requiescat in pace. ℟. Amén. "Si el Oficio se hiciere „por muchos difuntos, la Oracion y los „Versos se dirán en número plural: y si „fuere muger se dirá en género femeni„no; y si Sacerdote ú Obispo, se expresa„rá en la Oracion el nombre de su dig„nidad.

§. VII.

## § VII.

## Orden que se ha de observar en las procesiones generales que se hacen por los Difuntos.

EN el dia de la Conmemoracion de todos los Fieles Difuntos, y fuera „del tiempo Pasqual, en los Lunes de ca„da semana, y en el primer dia de ca„da mes, como se advierte en el Brevia„rio, dicha la Misa por los Difuntos, co„mo está en el Misal, se hace por ellos „Procesion de este modo.

„Va por delante un Acólito con el „acetre de la agua bendita, y un hisopo „rociando las sepulturas de la Iglesia: sí„guele el Subdiácono con la Cruz en „medio de los Ceroferarios, con las velas „de



„de los ciriales encendidas: despues el „Clero por su orden: luego el Diácono „con este Manual ante el pecho: y última„mente el Celebrante, revestido de capa „negra, estola cruzada, y las manos juntas „ante al pecho. En el ínterin se cantan „los siguientes Responsorios, ó todos, „ó tres, ó dos, segun hubiere lugar; pe„ro el último será siempre el Responsorio: Libera Dómine de viis „con su Oracion „como se pone despues: y todos con el ℣. Requiem æternam, &c. "

"En la primera estacion„ ℟. Credo quod Redemptor meus vivit: et in novíssimo die de terra surrecturus sum: Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum. ℣. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, et óculi mei conspecturi sunt. Et in carne mea videbo Deum Salvatorem meum ℣.

℟. Requiem æternam dona eis Dómine, Et lux perpetua luceat eis. Et in carne mea, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. ☞ „Sac. Pater noster: y prosi„guiendo en secreto, y en el ínterin, re„cibiendo de mano del Diácono el hiso„po, rocia tres veces en su medio, á su „diestra y á su siniestra, el lugar que tie„ne delante de sí. Despues teniéndole el „Diácono abierto delante este Manual, „dice:" ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed líbera nos á malo. ℣. A porta ínferi. ℟. Erue Dómine, ánimas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amén. ℣. Dómine, exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

ORE-



OREMUS.

DEUS, qui inter Apostólicos Sacerdotes fámulos tuos Pontificali, seu Sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta quæsumus Domine; ut eorum quoque perpetuo aggregentur consortio. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amén.

„En la segunda estacion." ℟. Qui Lazarum resuscitasti á monumento fœtidum: Tu eis Domine dona requiem, et locum indulgentiæ. ℣. Qui venturus es judicare vivos, et mortuos, et sæculum per ignem. Tu eis Domine, &c. ℣. Requiem æternam, &c. Tu eis Domine, &c. Kyrie eleison, &c. „como en la primera „estacion, hasta"

ORE-

OREMUS.

DEUS veniæ largitor, et humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam, ut nostræ congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc sæculo trancierunt, beata Maria semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„En la tercera estacion." ℟. Domine, quando veneris, judicare terram, ubi me abscondam á vultu iræ tuæ? Quia peccavi nimis in vita mea. ℣. Commissa mea pavesco, et ante te erubesco: dum veneris judicare, noli me condemnare. Quia peccavi, &c. ℣. Requiem æternam, &c. Quia peccavi, &c. Kyrie eleison, &c. „como está en la primera estacion, hasta"

ORE-



OREMUS.

DEUS, qui nos patrem, et matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus parentum nostrorum, eorumque peccata dimitte: nosque eos in æternæ claritatis gaudio fac videre. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„En la quarta estacion." ℟. Memento mei Deus, quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. ℣. De profundis clamavi ad te Domine, Domine exaudi vocem meam. Nec aspiciat me, &c. ℣. Requiem æternam dona eis, &c. Nec aspiciat, &c. Kyrie eleison, &c. „como en la primera estacion, hasta

OREMUS.

ABsolve, quæsumus Domine, animas famulorum, famularumque tuarum



ab

ab omni vínculo delictorum, ut in resurrectionis gloria inter sanctos, et electos tuos resuscitati respirent. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

" Aqui, si algunos mas han de decir„ se, añádanse los otros Responsorios. "

„ Si se fuere al Cementerio, dígase el „ Responsorio, que por su orden ocurre; „ añadiéndole, si no lo tuviere, el ℣. " Re„ quiem æternam, &c. „ y despues " Ky„ rie eleison, &c. „ como en la primera „ estacion, hasta

OREMUS.

DEUS, cujus miseratione animæ Fidelium requiescunt: famulis et famulabus tuis, et omnibus hic, et ubique in Christo quiescéntibus, da propitius veniam peccatorum ut á cunctis reatibus absoluti, te-



tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

„ En la última estacion. " ℟. Libera me Domine de viis inferni, qui portas æreas confregisti: et visitasti infernum, et dedisti eis lumen, ut viderent te: Qui erant in pœnis tenebrarum. ℣. Clamantes et dicentes: Advenisti, Redemptor noster. Qui erant, &c. ℣. Requiem æternam, &c. Qui erant, &c.

Kyrie eleison, &c. " como en la pri„ mera estacion, hasta

OREMUS.

FIdelium Deus omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam



BX2013

quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. ℟. Amen.

„Y dicho "Requiem æternam &c.„ „y el ℣. "Requiescant in pace,„ con el „orden que vinieron vuelven á la Sacris„tia."

„En esta última estacion, en el dia „de la Conmemoracion de todos los Fie„les Difuntos, se dice el Responsorio:

Libera me, Dómine de morte æterna in die illa tremenda. Quando cœli movendi sunt, et terra: Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Tremens factus sum ego, et timeo, dum discussio venerit, atque ventura ira. Quando cœli movendi sunt, et terra. ℣. Dies illa, dies iræ, calamitatis et miseriæ, dies magna, et



et amara valde. Dum veneris. ℟. Requiem æternam dona eis Dómine, et lux perpetua luceat eis. ℣. Libera me Dómine, &c. "diciendo en el ℣. Requiem æternam &c. Kyrie eleison &c. como en la primera estacion, y la Oracion Fidelium Deus &c.

## RESPONSORIOS.

### I.

℟. Ne recorderis peccata mea, Dómine: Dum veneris judicare sæculum per ignem. ℣. Dírige Dómine Deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum veneris, &c: ℣. Requiem æternam, &c. Dum veneris, &c. Kyrie eleison, &c.

II. ℟. Hei mihi Dómine, quia peccavi nimis in vita mea. ¿Quid faciam miser? ¿ubi fugiam, nisi ad te Deus meus? Mi-

BX2013

Miserere mei, dum veneris in novissimo die. ℣. Anima mea turbata est valde, sed tu Dómine succurre ei. Miserere mei ,&c. ℣. Requiem æternam, &c. Miserere mei, &c. Kyrie eleison, &c.

III. ℟. Peccantem me quotidiè, et non me pœnitentem, timor mortis conturbat me: Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, et salva me. ℣. Deus in nómine tuo salvum me fac, et in virtute tua libera me. Quia in inferno, &c. ℣. Requiem æternam, &c. Quia in inferno, &c. Kyrie eleison, &c.

IV. ℟. Dómine secundùm actum meum noli me judicare: nihil dignum in conspectu tuo egi: ideo deprecor Majestatem tuam: Ut tu Deus deleas iniquitatem meam. ℣. Amplius lava me Dómine ab injustitia mea, et á delicto meo munda me. Ut



tu, &c. ℣. Requiem æternam, &c. Ut tu, &c. Kyrie eleison, &c.

## §. VII.

## De las exêquias de los Párvulos.

„ ANTE todas cosas esten advertidos „ los Párrocos, de que conforme á „ la antigua y laudable costumbre de las „ Iglesias, los cuerpecillos de los Párvulos „ no se entierren en las comunes y ordi- „ narias sepulturas de los Cementerios y „ Templos, sino que en sus Iglesias Parro- „ quiales, ó en sus Cementerios, si cómo- „ damente se pudiere, tengan, ó procuren „ se les hagan especiales sepulturas, ó pe- „ queños sepulcros, separados de los del „ resto de los Fieles: y que en ellos no se „ en-

„ entierren, sino los Infantes, ó los Niños „ bautizados, que murieren antes del uso „ de la razon.

„ Quando muere alguno de estos In- „ fantes, ó Niños bautizados, antes del „ uso de la razon, se viste segun su edad, „ y se le pone una corona de flores, ó „ yervas olorosas, en señal de la virgini- „ dad é integridad de su carne. „

§. * Si el entierro de algun Párvulo se hiciere en el segundo tríduo de la Semana santa, se hará conforme al Decreto de la Sagr. Congr. de Ritos, general para todo entierro, puesto en el fol. 367 sin repique de campanas, sin pompa y sin canto, sino rezando el Oficio y Preces; y si se quiere puede omitirse al fin de los Psalmos el ℣. "Gloria Patri „ segun el siguiente Decreto de la misma Sag. Congr.

In



BX2013

In Exequiis Parvulorum in Feria V. et VI. ac Sabbato Majoris Hebdomadæ, potest in Psalmis omitti "Gloria Patri „ pro conformitate temporis. 16 Jan. 1677.

„ En estos entierros se lleva Cruz ba- „ xa, cubierta con su velo, ó descubierta, „ segun el tiempo „

## §. VIII.

## Forma de los entierros de los Párvulos.

„ EL Párroco, revestido de sobre- „ pelliz y estola blanca, y otros „ Clérigos, si los hubiere, yendo por de- „ lante uno con la Cruz, no levantada „ en su vara, sino baxa, y otro con el „ Agua bendita van á la casa ó lugar en „ que

BX2013



„ que está el difunto. Rocia el Sacerdote „ el cadáver, y despues dice:

“ Antiphona „ Sit nomen Dómini.

PSALM. 112.

LAudate pueri Dóminum: laudate nómen Dómini.

Sit nómen Dómini benedictum, ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, laudábile nómen Dómini.

Excelsus super omnes gentes Dóminus, et super cœlos gloria ejus.

¿Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, et humilia respicit in cœlo et in terra?

Suscitans á terra inopem: et de stércore érigens pauperem.

Ut



Ut collocet eum cum príncipibus, cum príncipibus pópuli sui.

Qui habitare fecit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

Gloria Patri, &c.

Aña. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, et usque in sæculum.

“ Al llevarle en procesion á la Igle„ sia, díganse los Salmos siguientes: „

PSALM. 118.

BEati immaculati in via: qui ambulat in lege Dómini.

Beati qui scrutantur testimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.

Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.

Uti-

BX2013



Utinam dirigantur viæ mæ, ad custodiendas justificationes tuas.

Tunc non confundar, cum perspexero in ómnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici judicia justitiæ tuæ.

Justificationes tuas custodiam: non me derelinquas usquequaque.

¿In quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisivi te: ne repellas me á mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: ut non peccem tibi.

Benedictus es Dómine: doce me justificationes tuas.

In labiis meis, pronuntiavi omnia judica oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus



tus sum, sicut in ómnibus divitiis.

In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.

In justificationibus tuis meditabor: non obliviscar sermones tuos.

PSALM. 148.

Laudate Dóminum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.

Laudate eum sol et luna: laudate eum omnes stellæ et lumen.

Laudate eum cœli cœlorum: et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: ipse mandavit, et creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in sæculum se-

ſæculi: præceptum poſuit, et non præteribit.

Laudate Dóminum de terra: dracones, et omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpíritus procellarum: quæ faciunt verbum ejus.

Montes et omnes colles: ligna fructífera, et omnes cedri.

Beſtiæ, et univerſa pécora: ſerpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, et omnes populi: príncipes et omnes judices terræ.

Júvenes, et vírgines, ſenes cum junioribus laudent nómen Dómini, quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.

Confeſſio ejus ſuper cœlum et terram: et exaltavi cornu populi ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus: filiis Iſrael, pópulo appropinquanti ſibi.

PSAL-



## PSALM. 149.

CAntate Dóminum cánticum novum: laus ejus in ecclèſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo, qui fecit eum: et filii Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nómen ejus in choro: in tympano et pſalterio pſallant ei.

Quia beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo: et exaltavit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt Sancti in gloria: lætabuntur in cubílibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: et gladii ancipites in mánibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in pópulis.

Ad alligandos reges eorum in compédibus: et nóbiles eorum in manicis ferreis.

Ut

BX2013

Ut faciant in eis judicium conscriptum: gloria hæc est ómnibus sanctis ejus.

## PSALM. 150.

LAudate Dóminum in sanctis ejus; laudate eum in firmamento virtútis ejus.

Laudate eum in virtútibus ejus: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio et cithara.

Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in chordis et órgano.

Laudate eum in cymbalis benesonántibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: omnis spiritus laudet Dóminum.

Gloria Patri, &c.

„ Quan-

BX2013



" Quando llegare á la Iglesia, dígase: Aña.„ Hic accipiet.

## PSALM. 23.

DOmini est terra, et plenitudo ejus: orbis terrarum, et universi, qui habitant in eo.

Quia ipse super mária fundavit eum: et super flúmina præparavit eum.

¿Quis ascendet in montem Dómini; aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus, et mundo corde: qui non accepit in vano ánimam suam, nec juravit in dolo próximo suo.

Hic accipiet benedictionem á Dómino: et misericordiam á Deo salutari suo.

Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Jacob.



At-

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternales: et introibit Rex gloriæ.

¿Quis est iste Rex gloriæ? Dóminus fortis et potens, Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevamini portæ æternales: et introibit Rex gloriæ.

¿Quis est iste Rex gloriæ? Dóminus virtutum ipse est Rex gloriæ.

Gloria Patri, &c.

Aña. Hic accipiet benedictionem á Dómino, et misericordiam á Deo salutari suo, quia hæc est generatio quærentium Dóminum.

"Despues se dice,, Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. "y el Sacerdote,, Pater noster. "y mientras lo prosi-



sigue en secreto, rocía el cuerpo,, ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos á malo. ℣. Me autem propter innocentiam suscepisti. ℟. confirmasti me in conspectu tuo in æternum. ℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

OREMUS.

Omnipotens et mitissime Deus, qui omnibus parvulis renatis fonte Baptismatis, dum migrant á sæculo; sine ullis eorum meritis vitam illicò largiris æternam, sicut animæ hujus parvuli hodie credimus te fecisse: fac nos, quæsumus Domine, per intercessionem B. Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari, et in Paradiso cum beatis parvulis peren-



BX2013

renniter sociari. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

"Quando se lleva á la sepultura, y aunque entonces no se haya de llevar, se dice la Antiphona "Júvenes et Virgines„ y el Salmo 148. "Laudate Dóminum de cœlis: &c.„ como está en el fol. 433. "Gloria Patri &c.„

Aña. Júvenes et Vírgines, senes cum junióribus laudate Dóminum de cœlis.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. ℣. Sinite Párvulos venire ad me. ℟. Talium est enim regnum cœlorum. ℣. Dóminus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

ORE-



OREMUS.

OMnípotens sempiterne Deus, sanctæ puritatis amator, qui ánimam hujus párvuli ad cœlorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es; digneris etiam, Dómine, ita nobiscum misericorditer agere, ut meritis tuæ sanctíssimæ Passionis, et intercessione Beatæ Mariæ semper Virginis, et omnium Sanctorum tuorum in eodem regno nos cum ómnibus Sanctis, et electis tuis, semper facias congaudere. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. ℟. Amén.

☞„ Despues el Sacerdote (poniendo „ antes incienso tres veces en el incensa-

„ sario) rociará con Agua bendita, é in-
„ censará el cuerpo, y de la misma ma-
„ nera la sepultura: y despues se enterrará.

„ Quando vuelven de la sepultura á la Iglesia, digase la Antífona "Benedicite „

## CANTICUM TRIUM PUERORUM.

Dan. 3.

BEnedicite omnia ópera Dómini Dómino: laudate, et superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Dómini Dómino: benedicite cœli Dómino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, Dómino: benedicite omnes virtutes Dómini Dómino.

Benedicite Sol, et luna Dómino: benedicite stellæ cœli Dómino.

Be-



Benedicite omnis imber, et ros Dómino: benedicite omnes spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, et æstus Dómino: benedicite frigus, et æstus Dómino.

Benedicite rores, et pruina Dómino: benedicite gelu, et frigus Dómino.

Benedicite glacies, et nives Dómino: benedicite noctes, et dies Dómino.

Benedicite lux, et tenebræ Domino: benedicite fulgura, et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, et colles Domino: benedicite universa germinantia in terra Dómino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria, et flumina Domino.

Benedicite cete, et omnia, quæ moventur in aquis, Domino: benedicite omnes volucres cœli Domino.

Be-

BX2013



Benedicite omnes bestiæ, et pecora Domino: benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet et superexaltet eum in sæcula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino: benedicite servi Domini Domino.

Benedicite spiritus et animæ justorum Domino: benedicite sancti et humiles corde Domino.

Benedicite Ananía, Azaria, Misael, Domino: laudate et superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu: laudemus et superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: et laudabilis, et gloriosus, et superexaltatus in sæcula.

Aña.



Aña. Benedicite Dominum omnes electi ejus, agite dies lætitiæ, et confitemini illi.

„Despues en pie ante el Altar dice „el Sacerdote: " Dominus vobiscum. ℟. „Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

DEUS, qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas: concede propitius, ut á quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amén.

TI-